

Iudices quaestionum.

Eosdem et quaesitores nominabant, praepositos scilicet et ipsis iudicibus, quorum certus numerus de causa pronuntiare debebat.

5 Ut legati ex eius ordinis auctoritate le- § 35.
garentur.

... Nullo iure Vatinium dicit in legationem esse profectum, cum soleat hoc a senatu peti, ut praesides provinciarum possint quos velint amicos suos habere legatos; 10 hunc igitur summa impudentia non auctoritatem senatus expectasse, sed quodam iure privato tantam licentiam sibi depoposcisse.

Ut non nuntios pacis ac belli, non oratores, non interpretes.

15 Haec et reliqua usque ad finem copiosissimam habent ... varie descripto legationis officio, ut hoc idem munus in omnibus recognoscas.

Post idem fecit in duobus prodigiis Clodius. § 36.

In consulibus Pisone et Gabinio scilicet. ... in in- 20 vidiam P. Vatini confertur, quasi huius temeritatis ipse Clodio dederit exemplum.

Neminem tribum Sergiam perdidisse.

Haec enim constabat ex Sabinis et Marsis et Paelignis; quae suffragium tamen pro Vatino, tribuli suo, non 25 tulit. Et hoc ait Tullius pro gravissimo iudicio habendum, ut ab iis potissimum repulsam meruerit, quorum praevalere suffragio debuisset, nisi iuste omnibus displiceret.

Cum ego legem de ambitu tulerim. § 37.

Hac lege, quae auctoribus M. Cicerone et C. Antonio 30 de ambitu lata est multo severior quam fuerat ante Calpurnia, L. etiam Murena causam dixerat. Contra quam